



*Sbd*

E libris  
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi  
a venerabili  
**Carolo Funk**  
theol. doctore et gymnasii directore  
a. 1857 hereditate reliectis.

*G. f. 171.*

108

**SPIRITVS SANCTVS**  
IN TEMPESTATE  
**DEVS CONSPICVVS**  
EX NAHVM C. I. V. 3.  
ORATIONI LATINAE

A  
FRIEDERICO WILHELMO Hoffmeister, NORDHVS,  
D. V. IVNII ANN. CIO ID CC XXXII.  
POST HORAM IX. ANTEMERID.  
IN AVDITORIO SVPREMO LYC. NORDHVS.  
PRAESENTE TOTO COETV SCHOLASTICO  
HABENDAE

DE  
**SPIRITV SANCTO**  
OPTIMO VERITATIS DIVINAE DOCTORE,  
PRAEMISSVS  
D. IV. EIVSDEM M. ET A.  
A  
IOH. CHRISTIANO WEBERO R.

SHIRINAS ET MELA  
DEO CONSCIAS  
CONFINIATAM  
EXCEPITUR SHIRINA  
A MELA ANTE CEDRUM  
MELA HABET MELANERON  
IN AVANTIO SATUBRO TIC NORDAZ  
SATUBRIS TOTUS COTIA STERZONIS  
HABET  
SERIEN EUNCE  
ULTUS VENITIS PUBLICE DOCTORIS  
MELA  
HABET  
HOC EST MELA

**C**UM nuper (\*) magno misceri murmure coelum  
Inciperet sonitusque polum percurreret omne,  
Horrida tempestas tonitru sine more furcat.  
Eheu quam crebras vibrabant nubila flammis  
Continuusque fragor totum quacibat olympum  
Ut passim caderent flagranti fulmina telo!  
Quisque videns tristes voluebat pectore curas,  
Ne qua darent usquam nostris incendia tectis  
Et malus immisis fureret Vulcanus habenis,  
Nec mentes vanus trepidantes terror habebat,  
Cum mox vicinos (\*\*) haec fulminis ira feriret.  
Ecce statim ignis edax permulta ad culmina vento  
Volvit, exuperant flammea volitantque furentes  
Ad terramque fluunt incenso pondere tecta,  
Plurima donec erant tristi demersa favilla.  
Atra hinc interea surgebat ad aethera nubes  
Involvens late caeca caligine coelum,  
Dum densus vacua se fumus volvit ad auras,  
Inde procul monstrans, quae fiat magna ruina.  
Visa fuit nobis haec Sinac montis imago,  
In quo marmoreis data lex inscripta lapillis,  
Ad quod cum coelo OMNIPOTENS descendit ab alto,  
Ruptis fulserunt passim quoque nubibus ignes,  
Intonuere poli reboanti murmure circum  
Continuusque fragor concussum culmina montis,  
Quem texit totum spissa caligine fumus  
Et globus in primis nubis comparuit ingens  
Auditusque tubae sonitus clangore sonanti.  
Sic Deus ostendit, qua leges sanciat orbi  
Mente et quod judex sit servantissimus aequi,  
Crimina nulla malis sic impunita relinquens,  
Ac quae sint vires tempestatumque potentes,  
Queis queat ulcisci et sceleratas sumere poenas.  
Haec fuit antiquo facies sub Foedere quondam.  
Posthaec affulxit terris tranquillior aetas,  
Ex quo Salvator, mundi melioris origo,  
Natus et immerita reparavit morte salutem,

Ec

(\*) d. xvii Maji. (\*\*) Heserodz

Et SANCTVM summo demisit FLAMEN olympos  
Ut documenta daret, qua simus origine nati (\*)  
Atque viam redditus ad PATREM macte doceret,  
Caejis Divino praelucens lumine VERBI.  
Aura quidem strepitans vehementis flaminis instar  
Insonuit subito, simul et fera murmura miscens,  
Spiritus ille Dei roseo cum venit olympi  
Vertice et arcano tetigit praecordia motu,  
Quo variis dixerat Dei magnalia linguis  
Discipuli Christi, quandam rude pectus habentes,  
Verum ideo coelum magno se pandit hiatu  
Et tonat insolito domus ista excelsa fragore,  
Inde quod optato properet Spirabile Numen:  
Promtus enim lapsis hominum succurrere rebus  
Spiritus ille venit, docet inspiratque salutem.  
Nec linguae flammis portendunt monstra coruscae,  
Sed mentes hominum divinis ignibus implet,  
Ut flagrant sancto verae pietatis amore;  
Unus enim hic sese terno de lumine pandens,  
Ut tribus ex facibus splendor coit omnis in unum  
Insinuatque suum radiis ardentibus aestum,  
Fervida Christiadum sic compleat lumine corda.  
Spiritus hinc coeli descendens Sanctus ab aula  
Est Deus ipse, suo qui mundum fulmine terret;  
Attamen in miseris mentem et gerit Ipse benignam.  
O coelum sine nube, micans sine sordibus o lux  
Et flammarum intemerata nitor, quin candidus ignis,  
Nos refove glaciemque animorum et frigora dira  
Discute sole tuo, crassae caliginis umbras  
Disjice, clarifico perfundens lumine mentes  
Et dignos nos singe tibi, tua enim simul aura  
Incipit adspirare animo mentemque movere  
Continuo lux festa micat pectusque per omne  
Nostra factis coelo fumant altaria donis  
Quin mundi rerumque Parens, tibi munera festa  
Solvimus et laetos nunc instauramus honores!

(\*) tam ante quam post lapsum, Gen. I, 27. V, 3.

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
kann nicht vergeben!

ULB Halle  
002 108 178



3

56.

1017

Rufo



SPIRITVS SANCTVS  
IN TEMPESTATE  
DEVS CONSPICVVS  
EX NAHVM C. I. V. 3.  
ORATIONI LATINAЕ

WILHELMO Hoffmeister, NORDHVS.

V. IVNII ANN. CIO ID CC XXXII.  
POST HORAM IX. ANTEMERID.

DARIO SVPREMO LYC. NORDHVS.  
ITE TOTO COETV SCHOLASTICO  
HABENDAE

DE

SPIRITV SANCTO  
VERITATIS DIVINAE DOCTORE,

PRAEMISSVS

V. IV. EIVSDEM M. ET A.

A

CHRISTIANO WEBERO R.

